Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

influit. Quippe qui extate nimia latitudine
ac profunditate navigabiles sunt. Hyeme vero gla
cie congelati in campi speciem superequitantur. Flu
men autem ita durum et firmum gelu fit: ut non
solum equorum ungulis ac pedibus hominum resistat:
sed haurire volentes ne urnas quidem eo: neque
concava vasa ferant: nisi secures et ligones:
ut cedentes nudo vase congestam aquam ceu
ac saxum ferant. Hec istorum amnium est natura.
Alex: — Alexander maximum Maurusiorum et sagittariorum
numerum ex oriente eduxit: item ex Osroenorum
Osroeni populi. — provincia: et siqui Parthorum transfuge: ut nu
mis suasi ipsum sequerentur auxilio futuri. Ex his
adversus Germanos aciem instruit: Nam Germanis maxime
hic exercitus illis molestus erat: cum Maurusii spi
culis eminus pugnarent, et insultus reditusque levis
sime facerent: et sagittarii nuda ipsorum capita
et procera corpora procul et facillime tamquam sco
pulum ferirent. Ad confertam pugnam accommodati
adversi et equales sepe Romanis erant. Alexander
in his erat. Legatos ad eos mitti placuit: qui
de pace agerent. Omnia se daturum pollicetur:
et que indigerent pecuniam assidue largiri posse.